

nes, escogidas de las Obras del V. P. M. Fr. Luis de Granada, del B. Enrique Sufon, i de la Serafica Madre S. Catalina de Sena. Emisit in lucem Fr. Iohannes Thomas de Rocaberti, tunc Professor Theologiae in Lycaeo Valentino, et Aragoniae Prior Provincialis, postea vero nedum totius Ord. Praed. Magister Generalis, sed etiam Archiepiscopus et Prorex Valentinorum, Barcinone, typis Mathevad 1668. in 4. pagg. 260. * Editio oppido rara, ac nullibi venum exposita. Ibidem, ac eodem anno, octuplicata forma. * Et Valentiae hoc ipso anno 1769. apud Salvatorem Fauli, in 8.

XXXVII. *Libro de la Oracion i Meditacion, en el qual se trata de la consideracion de los principales Misterios de nuestra Fe, i de las partes i doctrina para la Oracion.* Fr. Dionysius Sanchez Moreno, e familia nostra, contraxit, ac typis commisit. Inter plures editiones huius Operis, quae passim obviae sunt, hae a me visae: Barcinone, Iosephi Teixidò 1705. 8. in Fontinentana nostra. Ibidem, apud Raphaëlem Figuerò 1708. in 8. Matrity, ex Typographia Laurentii Francisci Mojados 1729. 8. in Archiepiscopali Valentina. Pampilone, sumptibus Paschalis Ibañez 1757. 8. Valentiae, Augustini Laborda 1761. 8. Matrity, eodem anno, ex Officina Emmanuelis Martin, 8. cum laminis aere incis. Rursus Matrity, formis eiusdem Typothetae 1765. 8. et Barcinone, Iosephi Giralt in 8. sine impressiois anno.

XXXVIII. *Oraciones i ejercicios espirituales para todos los dias de la semana, sacados de las Obras del V. P. M. Fr. Luis de Granada.* Matrity, ex Calchographia Antonii Sanz 1758. in 8.

XXXIX. *Ejercicios i meditaciones para los dias de la semana santa, sacados de la Obra del V. P. M. Fr. Luis de Granada; con una exacta explicacion de las sagradas Ceremonias, i del por què de cada una.* Auctore Cl. D. Fr. Iosepho Alphonso Pinedo, Ordinis nostri, Viro ornatissimo, ac facultate dicendi praestantissimo. Matrity, 1760. 1762. et 1765. ex Typographia Emmanuelis Martin in 12. cum figuris aere incis. Tertia editio, quae est mihi in usu, ab Auctore ipso emendatior locupletiorque prodiit.

XL. **PERVANE.** *Compendium Operum Venerabilis Fr. Ludovici Granatensis Indorum Idiome generali Peruano concinnavit* Fr.

Fr. Iohannes de Mercado Dominicus; cuius meminerunt Melendez in Opere, cui titulus: *Tesoros verdaderos de las Indias* T. II. Lib. IV. cap. 1. et Antonius de Leon Pinelo T. II. *Epitome de la Bibl. Oriental i Occidental*, Tit. XVIII. col. 734. edit. 1738. Recenset quoque Echarodus ad an. 1622. T. II. pag. 427. subiungens, Opus hoc in publicam emitti lucem, Patres Provinciae Peruanae in Comitii Limae V. Eid. Octobris MDCXXI. coactos, speciali sanxiffe ordinatione, Actis inserta.

§. XIII.

AMPLISSIMAE OPERVM NOSTRI LVDOVICI
collectiones.

Cum haecenus singillatim Opera nostri *Granatensis*, singula- resque cuiusque pro virili nostra editiones recensuerimus; restat nunc, ut haec eorundem magnas collectiones Latinas, Hispanas, Gallicas, aliiisque linguis publicatas adiungamus, insignioresque impressiones indicemus.

LATINAE.

I. Ad Latinas quod spectat, licet omnes *Conciones*, tam de tempore, quam de Sanctis pluries simul prodierint, ut §. I. sub Num. VI. iam vidimus, omnium tamen eius *Latinorum Operum* ad hanc usque diem nulla adhuc collectio facta fuerat. Sed quod felix faustum fortunatumque sit, desidiae huic in hac Vrbe Valentia nunc occurritur in elegantissima omnium, quotquot exstant, Latina lingua operum a *Granatensi* conscriptorum editione, quam summa diligentia adornat Iuvenis in dies inclarescens Iohannes Baptista Mugnozius, Valentinus Theologiae Doctor: cuius quidem eximia collectionis ab anno 1766. ad hunc quem numeramus 1769. iam decem Volumina, quadruplicata forma, edita sunt typis, ac pulchris illis quidem, Viduae Iosephi de Orga, hoc ordine. Quattuor priora anno 1766. Quintum 1767. Sextum 1768. quibus *Conciones de Tempore* continentur. Adiectae sunt Tertio Tomo *quinque de poenitentia Conciones*; sexto autem *Explicatio copiosior Concionis de officio et moribus Episcoporum*. Eodem anno *Rhetorica Ecclesiastica* proculsa est, cum
Prae-

Praefatione ipsius *Mugnozii* bene longa ac sane eruditissima. Anno denique, quo haec scribimus 1769. *Conciones de Sanctis* in tres Tomos divisae prodeunt in lucem, quorum ultimo accedunt *Praefatio in Compendium doctrinae spiritualis* Fr. *Bartholomaei de Martyribus*; *Epistola* in commendationem Operis Fr. *Didaci de Astudillo* super VIII. *Physicorum* Libros, atque haec nostra *Commentatio*. Pari cura et diligentia, ut spem nobis ipse *Mugnozius* fecit, *Sylva locorum communium*, *Collectanea moralis Philosophiae*, et si quae alia eiusdem *Granatensis* Latina reperiuntur, typis committentur. Induxit enim ille animum, omnia *Ludovici* nostri Opera, Latina lingua scripta, in lucem edere. Praestantissima certe omnium haec editio censenda est; namque ab eo viro proficitur, qui et Latinas litteras in paucis noscit, nec diligentiae aut labori parcat. Curat imprimis ille, ut quotquot possit diversarum editionum exemplaria colligat; quorum adcuratissima collatione errata, quae Typographorum vitio irreperant, bene multa expungit. Plurima deinde *Scriptorum* testimonia, haecenus non adnotata, indicat; ut vel in una *Rhetorica* quingenta circiter numerantur. Id quod praecipue in locis *Scripturae* facit; quorum et plurimas citationes addit, et alias perperam adductas corrigit. Ad haec doctissimas ac iuxta quam elegantes *Praefationes* singulis Operibus praemittit, uberrimosque *Indices* summo labore atque industria elaboratos ad calcem uniuscuiusque Tomi subiicit. Sed omnia pericere, proposita nobis brevis haud finit. Utinam *Dens Mugnozii* vitam diutissime seruet, quo et hanc editionem absolvat, et alia, quae in communem utilitatem meditantur, perficiat.

II. Est et alia Latina editio (celeberrima et ipsa, cum ob praestantiam, tum ob raritatem) omnium fere *Granatensis* Operum, Coloniae Agrippinae, sumptibus *Iohannis Creps* 1628. in tres Tomos in fol. magnae molis distributa, ac Fr. *Michaeli Ophovio* Ord. Praed. Episcopo *Silvaeduncensi* nuncupata, curante *Andrea Schotto*, qui et citationes *Patrum* addidit, ut inquit *Alegambe* pag. 31. col. 2.

Tomus I. haec comprehendit: I. *Vita R. P. Ludovici Granatensis*, quam *Schottus* videtur potissimum ex nostro *Ludovico de Sousa* decerpisse, unde et *Chronologiae* quaedam accepit *sphal-*
ma-

mata, quae postea *Mugnozius* emendavit. *Vitae* subiiciuntur *Elogia Granatensis* a doctissimis piissimisque *Viris* concinnata.

2. *Catechismi minoris Libri tres*. Versio operis *Lusitanice* scripti, cui titulum fecit *Granatensis*: *Compendio de la doutrina Christiana*, *Martino Binhart* *Turingo* interprete.

3. *Introductionis in Symbolum Fidei, sive Catechismi maioris Libri IV.* versi per *Iohannem Paullum Gallucium*.

4. *Compendium Catechismi maioris, sive Partis V. Introductionis in Symbolum Fidei Libri IV.* eodem *Gallucio* interprete.

5. *De ratione catechizandi apud Indiarum gentes Liber* versus ab *Andrea Schotto*.

6. *Locorum communium moralis Philosophiae Libri tres*, seu *Collectanea*, etc.

7. *Sylva locorum communium ex veteribus Ecclesiae Patribus*, etc.

8. *Rhetoricae Ecclesiasticae Libri VI.*

Tomus II. haec insunt: I. *Conciones omnes de tempore et de Sanctis in sex Tomos distributae*. Accedunt *Conciones XIII. Catechisticae Lusitano* vernaculo *Idiomate a Granatensi* editae ac typis commissa pro festis anni sollempnibus, et a *Martino Martinez* *Latinis* litteris donatae.

2. *Concio funebris unica Latine scripta* ab ipso *Ludovico*, ut et sequens:

3. *In communi calamitate, sive pestis sive famis, etc. concio.*

4. *De lapsis et scandalo; deque frequenti Eucharistiae usu.* Versio est *M. Iohannis Craesii*.

5. *De officio pastoralis et moribus Episcoporum.*

Tomus III. amplectitur sequentia: I. *Dux peccatorum*, interprete *Michaeli ab Isselt*, qui et praefixit *de Vita Granatensis* Fr. *Iohannis Marietae* *Dominicani* narratiunculam *Latine* redditam.

2. *De oratione et meditatione Libri duo*, a Fr. *Bernardo de Fresneda* *Hispano* Episcopo *Conchensi* litteris *Latinis* consignati.

3. *De SS. Eucharistiae Sacramento Tractatus*; in quo agitur de praeparatione ad frequentem communionem, de gratia quam huius Sacramenti beneficio consequimur, et de admirandis effectibus, quos in multis piis sancta communio diversis temporibus est operata. Laudato *Michaeli ab Isselt* interprete.

4. *Paraphrasis Psalmi L. Miserere mei Deus. Eodem ab Isselt interprete.*
5. *Memoriale Vitae Christianae cum adiunctis, ex versione eiusdem Isseltii.*
6. *Philomela S. Bonaventurae.*
7. *De doctrina sive disciplina vitae spiritualis, interprete Antonio Dulckenio Carthusiano.*
8. *Tractatus sive Dialogus de Mysterio Incarnationis, Isseltio interprete.*
9. *Tractatus de scrupulis conscientiae, interprete Matthia Martinez. Heic, vel supra, ubi dicitur Martinus, typorum irrepsit mendum, nisi sint diversi; quod discutere nobis nondum licuit.*
10. *Vita Magistri Iohannis de Avila, a Iobanne Graefio Belgae Latinitati data.*
11. *Compendium Vitae spiritualis Fr. Bartholomaei de Martyribus.*
12. *Granatensis in Thomam de Kempis Hispana a se conversum praefatio. Sequitur continuo ipsum Opus de imitatione Christi.*
13. *Epistola Caroli a Basilica Petri Presbyteri Mediolanensis ex Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli decollati, ad R. P. Fr. Ludovicum Granatensem, de Obitu Caroli Cardinalis S. Praxedis, Archiepiscopi Mediolani, data ibidem VI. Eid. Novembris MDLXXXIV.*

HISPANAE.

III. Collectiones Hispanorum operum plurimae circumferuntur, aut non omnes integras habemus; quaedam enim curtae sunt ac diminutae, inter quas primum locum obtinet ea quam Illustrissimus Dux Albanus Belgicae Regionis Gubernator fieri mandavit, typis Christophori Plantini, Antuerpiae XIV. voll. in 8. ante annum 1582. quam laudant *Senensis* pag. 168. *Bibl. Fratrum Praed.* et *Possevinus* pag. 39. *App. Sac.* T. II. Similis est huic, quae in lucem fuit extrusa Matrili circa 1594. in 8. cuius VII. Tomi exstant in Bibliotheca Escorialensi. Editio valde rara, ac vix ullibi obvia.

- IV. An. 1582. et 1583. Salmanticae, Heredum Matthiae

Gast,

- Gast, III. Tomis in fol. quae editio elegantissima.
- V. 1594. Barcinone, typis Iacobi Cendrat, in fol. cum *Elencho Fr. Alphonsi de Sanzoles Minoritae.* *
- VI. 1600. Ibidem II. Voll. in fol. quae laudatur a Canonico *Gabriele Sora* in sua *Biblioth.* fol. 122. b.
- VII. 1603. et 1604. in eadem Barcinonensi Vrbe, fol. ex recensione *Echardi.*
- VIII. 1612. rursus Barcinone in fol. ex Typographia Sebastiani de Cormellas; quae editio satis elegans.
- IX. 1614. Antuerpiae, formis Plantinianis, XV. Voll. in 8. Editio pluris facienda.
- X. 1615. Barcinone, Hieronymi Margarit, sumtibus Iohannis Bonilla Bibliopolae.
- XI. 1619. Coloniae III. Voll. in fol. ex fide Catalogi Librorum facultatum omnium Philippi Borde et Laurentii Arnaud 1662.
- XII. 1622. Gerundae, Gasparis Garrich et Corneli Bonardo II. Voll. in fol. cuius meminit *Antonius.*
- XIII. 1625. Barcinone, apud Sebastianum de Cormellas, II. Tomis in fol. cum *Tabula praedicabili Fr. Hieronymi Gomezii S. Mariae de Mercede, praefixa Tomo I. Vita Granatensis* per nostrum *Iohannem Marietam* compendio concinnata. *
- XIV. 1646. Matrili, ex Officina Regia, sumtibus Ioh. Antonii Bonet, fol. *
- XV. 1650. Matrili, Gregorii Rodriguez, sumtibus Domini de Palacios.
- XVI. 1657. etiam Matrili, Melchioris Sanchez, sumtibus Gabrielis de Leon; cuius, sicut praecedentis, et supra laudatae anni 1615. meminit *Dionysius Sanchez Moreno* in Prologo editionis a se adornatae, quam statim referemus.
- XVII. 1659. Matrili, ex Typographia Matthaei Fernandez, in fol. ex fide *Antonii.*
- XVIII. 1664. Barcinone, typis Antonii La-Cavalleria, in fol. ut praecedentes.
- XIX. 1676. 1678. et 1679. Matrili, apud Iohannem Garcia Infanzon, sumtibus Gabrielis de Leon Bibliopolae, III. Voll. in fol. * Editionem hanc curavit Fr. *Dionysius Sanchez Moreno* Ord. Praed. iussu Fr. *Francisci Vria* Theol. Mag. ac Provinciae

E

His-

Hispaniae Prioris Provincialis, qui, cum ex innumeris, quae circumferbantur, Operum *Granatensis* editionibus, pleraque diminutas esse animadverteret, adeo ut in quibusdam ad novem capita deessent, aut etiam avulsa fuissent, hanc spartam ornandi munus praedicto *Moreno* demandavit. Quid vero Editor praestiterit, quam methodum servaverit, quibus demum fuerit usus exemplaribus, videre est apud *Echardum* T. II. pag. 291. qui satis scrupulose Collectionem hanc exenterat.

XX. 1700. et 1701. prodierunt rursus eadem Opera *Barcino*, *Iohannis Paulli Marti*, et *Francisci Barnola*, etiam III. Voll. in fol. ad normam praecedentis. *

XXI. 1705. Neapoli XIII. Tomis in 8. ut constat ex *Catalogo Librorum* apud *Fratres de Tournes* anni 1733.

XXII. 1711. Matriti, Voll. XXVII. in 8. *Emmanuelis Ruiz de Murga*, aliorumque *Typothetarum* opera. Editio, quam vocant *Montis Pietatis*, sed despiciatui habenda, quod innumeris mendis plena sit. *

XXIII. 1730. Matriti, VIII. Voll. in 4. satis spissis, formis *Emmanuelis Fernandez*, apud *Coenobium nostrum de Valverde*, cuius *Patres*, licet magnam possuerint operam, ut careret naevis, tamen efficere haud quiverunt, quod plurimi idem non reperiantur. Ast quod ad chartam et characterem spectat, enumerari potest haec editio inter nitidiores, quas hucusque sortitus est noster *Granatensis*. * In nostris *Orcelitana*, et *Valentina*.

XXIV. 1756. et 1757. recusa fuerunt iterum Matriti *Opera Hispana Granatensis* in XVI. Tomos in 4. distributa, ex *Typographiis Antonii Perez de Soto*, et *Emmanuelis Martin*, curante non semel laudato nostro *Fr. Iosepho Alphonso Pinedo*, viro eruditissimo, ac mihi apprime caro; qui nedum citationes plures addidit, Tomisque singulis *Indices* subiunxit, sed et antiquis adiutus editionibus innumeras *Auctoris* voces genuinas, in posterioribus temere corruptas, suffecit ac restituit: curans item ut a mendis absterfa ac iuxtaquam expurgatissima prodirent. Cuius quidem eximiae Collectionis, ut praestantior est omnibus quotquot hucusque comparuerunt, institutum nostrum postulat, ut specimen *Lectori* exhibeamus.

Tomus I. post *Epistolas S. Caroli Borromaei*, *S. Theresiae* a

Ie-

Iesu, *Gregorii XIII.* et alia huiusmodi in commendationem *Operum* nostri *Granatensis*, continet *Librum I.* in tres partes divisum, *Operis* inscripti: *Guia de pecadores.*

Tomus II. inest *Liber* alter eiusdem *Operis*, duabus partibus constans, usque ad pag. 176. a qua usque ad 201. reperitur *Carta de Eucherio Obispo de Leon*, etc. Continuo sequitur *De la oracion i meditacion Parte primera* usque ad cap. 4.

Tomus III. comprehendit quod superest I. Partis, totam secundam, et *Tractatum I.* tertiae.

Tomus IV. habet duos reliquos *Tractatus* tertiae Partis *de la Oracion i Meditacion*, et *Tractatum I.* tertiae Partis *del Memorial de la Vida Christiana.*

Tomus V. implent quod reliquum est primae, secunda et tertia Pars dicti *Memorialis*, cum versione quorundam *Carminum Maruli*, et *Lactantii.*

Tomus VI. et VII. comprehendunt IV. Partem *Memorialis*, et *Additiones*, cum *Philomela.* In hac *Collectione* recusa fuit *Epistola*, qua *Auctor* laudatas *Additiones* nuncupavit *Annae de la Cruz*, ut vidimus Num. IV. §. II. quae in *Valverdensi* aliisque bene multis editionibus desideratur.

Tomus VIII. IX. X. XI. et XII. omnes quinque *Partes Introductionis in Symbolum Fidei* amplectuntur; quorum ultimo subiicitur *Tratado de la manera de proponer la Fe a los que se convierten de los Infieles.* Non erit autem fortasse otiosum heic adnotare, *Cl.* Editorem in *monito* praefixo Tomo IX. pag. 1. non nihil humani passum esse, cum adfirmet caput 1. secundae Partis *Introductionis ad Symbolum Fidei* non reperiri excusum in editione *de Valverde*; ideoque hac de re veniam precatur in *Animadversione*, quam Tomo XIV. praemittit.

Tomus XIII. *Doctrinam Christianam* comprehendit.

Tomus XIV. haec habentur: 1. *Sermones de las tres Paschas, i de las principales Fiestas de N. S. Jesu-Christo, i de su Santissima Madre.* 2. *Recopilacion del Libro de la Oracion i Meditacion.* 3. *El Vita Christi.* 4. *Instruccion i regla de bien vivir para los que comienzan a servir a Dios, mayormente en las Religiones.* 5. *Discurso del Misterio de la Encarnacion del Hijo de Dios.* Huic Tomo praemittit *Clarissimus Pinedus* Praefationem, quam patrio

E2

trio

trio idiomate *Advertencia* vocare sibi placuit, ubi nedum quid curae posuerit in hac Collectione adornanda notum facit, verum et *compendium orationis et meditationis*, quod a plerisque S. Petro de Alcantara tribuitur, *Granatensi* nostro nititur vindicare.

Tomus XV. complectitur *la Escala espiritual de San Juan Climaco*.

Tomo XVI. insunt: 1. *El Contemptus Mundi*. 2. *La Vida de D. Fr. Bartolome de los Martires*. 3. *La Vida del Maestro Juan de Avila*. 4. *La Carta escrita a la Duquesa de Alva, consolandola en la muerte del Duque su marido*, quam retulimus supra §. VI. Num. V.

His XVI. Voll. accedit alterum, continens *Vitam Granatensis*, a Ludovico Mugnozio, non minus eleganter, quam pie concinnatam; ad cuius calcem subiicitur *el Sermon de las caídas públicas*.

XXV. 1769. quo edimus hunc *Commentarium*, iterum sub praelo sudant *omnia Granatensis Opera* idiomate *Hispano* concinnata, Mantuae Carpentanorum, in Officina Emmanuelis Martini Typothetae Matritensis. Haec editio (cuius primas plagulas speciminis loco ad me transmisit *Franciscus Cerdanus* Valentinus, quem alias non sine laude nominavi) etsi admodum pretiosa erit, cum ob chartam firmam nitidamque, tum ob characterem grandem ac iuxtaquam tersissimum; pretiosior multo evadet ob summam diligentiam, quam adhibet Subcufos Regiae Bibliothecae eius Editor: a quo nedum Editio *Valverdensis*, instar cuius sit, verum etiam plurimae aliae, antiquae illae quidem, ac non nullae vivente Auctore emissae, incredibili labore conferuntur, ut quae modo euditur integra undequaque, et a naevis quantum fieri possit absterfa in lucem prodeat. Ad haec, omnes *nuncupatoriae epistolae*, quas *Granatensis* cuilibet Operi praefixerat, quasque frustra quaeres in aliis bene multis, huic bono consilio restituntur. Sed ne longius quam par est excurram, manum iam de tabula; cum vel ipse Editor quid in impressione hac praestet, in *Monito ad Lectorem* abunde patefaciat. Illud praeterire nolo, quod dum haec scribimus, iam quintus Tomus sub torculari gemit: et quando
ita

ita fauste feliciterque pergat, utinam bonis avibus ad umbilicum perveniat.

ITALICE.

XXVI. Sequuntur nunc *Etruscae* Collectiones, quarum mihi haec tantummodo innotescunt:

Tutte le opere spirituali nella lingua Italiana tradotte. Venetiis 1582. in 4. quam exstare Romae in nostra Casanatensi, *Echardus* Auctor est Tomo II. in *Appendice*, pag. 826. col. 1. a quo vero fuerit curata, aut ignoravit aut filuit. Verum (ut memonet Cl. V. Pater Mag. Fr. Ludovicus Cebrianus, Romae in Coenobio Minervitano Studiorum Regens, ac quondam in Collegio Orselitano meus in disciplinis Theologicis Praeceptor) huius Collectionis, quae prodiit ex Officina Georgii Angelieri, duo tantum Volumina in laudata Casanatensi Bibliotheca reperiuntur; quibus insunt *Memoriale cum Additionibus*, *Traetatus de Oratione et Meditatione*, *Dux Peccatorum*, et *Praxis Vitae Christianae*. Ad Interpretes quod spectat, *Memoriale cum Additionibus*, et *Praxis Vitae Christianae* *diversas* apparent; sed tres priorres partes *Traetatus de Oratione et Meditatione* *Iohannem Baptistam Porcacchium*, quarta *Camillum Camilli*, et *Dux Peccatorum* *Timotheum da Bagno* Camaldulensem Monachum Auctores habent. Quando vero de Interpretationibus *Italis* sermo est, praestat nunc adserere, quod Versio *Etrusca* quattuor priorum Partium *Introductionis ad Symbolum fidei*, excusa Venetiis 1596. in Officina Francisci Franceschi, in 4. cuius meminimus supra §. II. sub Num. V. pag. 24. eadem est, ac ea quam *Philippus Pigafetta* elucubravat. Qua de re loco citato iubitabamus; nunc vero certiores facti sumus a Fr. *Dominico Hermanno Christiano-pulo*, Italo, Annalium nostri Ordinis Scriptore elegantissimo, ac dudum mihi familiaritate iuncto.

XXVII. *Opere spirituali di Fra Luigi da Granada, tradotte dallo Spagnuolo*. Venetiis 1601. in 4. Sic *Echardus* T. II. pag. 290. col. 1. quis fuerit collector sive editor, non pandens.

GALLICE.

XXVIII. *Les œuvres spirituelles et devotes du R. P. Fr. Louis de Grenade, etc. traduites d'Espagnol en François, partie par Paul Dumon Douysen, partie par Nicole Colin Chanoine*

tresorier en l'Eglise de Reims, le surplus par François Belleforest, et Jean Chabanel Toulousain. Parisiis, Claudii Morel circa 1610. aut 1620. in fol. Opus Sorori Eleonorae Borboniae Fontis Ebraldi Abbatissae nuncupatum ab editore N. de Soulfour. Sic Echardus.

XXIX. Nicolaus Antonius T. II. *Bibl. Nov.* pag. 33. col. 1. aliam refert Rotomagi 1614. XI. Voll. in 16. sed editorem interpretemque praetermittit.

XXX. *Les œuvres spirituelles et de devotion du R. P. Fr. Louis de Grenade, etc. esquelles son contenus tous les enseignemens necessaires au vrai Chretien, depuis le commencement de sa conversion jusques a la fin de sa perfection. Traduites de nouveau sur l'exemplaire Espagnol, et augmentées de la vie de l'Auteur, d'une Epitre de S. Eucher Evêque de Lion, d'un traité de la convenueance de l'Incarnation, de la venue du S. Esprit, de l'Assomption, du couronnement, et du Rosaire de nostre Dame, du Rosignol de S. Bonaventure, et encore d'un autre traité tres excellent des scrupules de conscience.* Par Sebastien Hardy Parisien, etc. Rotomagi, ex Typographia Iohannis le Boullenger 1634. in fol. ex recensione Echardi.

XXXI. Ibidem 1638. in fol. ad normam exacta praecedentis. Quae versio, inquit Echardus, videtur etiam minori forma prodiisse.

XXXII. *Les œuvres spirituelles et devotes, etc. esquelles sont contenues la doctrine Chrestienne, qui enseigne tout ce qu'on doit faire depuis le commencement de sa conversion jusques a la fin de la perfection. Le tout nouvellement et exactement traduit d'Espagnol par le R. P. Simon Martin Parisien de l'Ordre de S. François de Paule.* Parisiis, typis Sebastiani Haré 1643. Refert Echardus.

XXXIII. Ibidem 1645. in fol. eleganti charta et caractere. Sed exstant solum *La guide des pecheurs, De l'Oraison et Meditation, Le Memorial et Additions, La Philomele, et une lettre de S. Eucher a la fin de la Guide.* Anno vero insequenti 1646. *Le Catechisme, ou l'Introduction au Symbole de la Foi, savoir, les cinq parties et le Sermon du scandale, Quis infirmatur, etc.* ex Typographia Ludovici Boullenger, in fol.

XXXIV.

XXXIV. Iterum ibidem 1648. et 1651. in fol. quas duas editiones memorat Echardus, adnotans praeterea, Collectioni huic *Martinianae* praefixam esse vitam nostri *Granatensis*, fusiorem quam in praecedenti *Harditi*.

XXXV. Haec eadem *Gallica Collectio Martiniana* prodiit etiam Lugduni, apud Petrum Compagnon 1660. in fol. ut Nicolaus Antonius fidem facit T. II. *Bibl. Nov.* pag. 33. col. 1.

Porro licet Operum *Granatensis* nostri Versio, a Simone Martin elaborata, sua aetate maximo legentium plausu excepta fuerit, ut quae omnium fidelissima; postquam tamen Dominus Girard aliam adornavit, ob puritatem linguae Gallicae nunquam pro merito laudatam, fama illius incoepit obmutescere. Itaque ut Collectio, quae sub nomine Girardi circumfertur, elegantior ac multo praestantior est reliquis, ita plures editiones nacta est, quarum sequentes ex Echardo notas habeo:

XXXVI. Parisiis, formis Petri le Petit X. Tomis in 8. ab anno 1658. ad 1662.

Tomus I. continet *La guide des pecheurs*. Opus absolutissimum, ac de quo merito dubites (inquit Echardus) an purius et elegantius *Hispane Granatensis* scripserit, an *Gallice Girardus* repraesentarit. Hinc innumeris vicibus seorsim deinceps typis editum; quamvis mihi tantum innotescat editio anni 1692. Praestat autem heic animadvertere, quod licet hunc primum Tomum verterit Girardus, reliquos tamen interpretatus fuit Presbyter quidam ἀνορθωσ Congregationis Oratorii Gallicanae, ut tempore Echardi fama erat.

Tomus II. III. et IV. ibidem 1661. complectuntur *Memorial et Additions*.

Tomus V. et VI. ibidem ac eodem anno, *De l'Oraison, et Meditation*.

Tomus quattuor sequentes *Catechisme ou Introduction au Symbole de la Foi*, ibidem 1662. in qua editione deest V. Pars, seu *Compendium*; sed adiicitur in sequentibus recognitis et emendatis, ibidem 1664. 1667. 1672. 1675. 1687. etc. quarum aliquas refert quoque idem Echardus. Heic notare lubet, apud Gallos *Granatensis* opus *Introductionis ad Symbolum Fidei* sub nomine *Catechismi* nonnumquam fuisse editum: haecque causa est,